

h. r. Quod & tibi. soc. Figuræ itaque concinnitas voluntaria ad virtutem corporis atinet, contraria verò ad vitium. h. r. Apparet. soc. De voce vero quid ais? Vtram meliorem affens? ex animæ voluntate dissonant, an ex inertia? h. r. Ex animæ voluntate. soc. Alteram vero peiorem. h. r. Absque dubio. soc. r. Vtrum bona optas habere an mala? h. r. Bona. soc. r. Vtrum eligeres pedes habere qui debita opera claudicarent, an qui inuiti? h. r. Eos planè qui de industria. soc. r. Claudicatio pedum nonne vitium est atque deformitas? h. r. Est. soc. Hebetudo autem nonne vitium est oculorum? h. r. Vitium. soc. r. Vtros igitur potius oculos eliges, eosne quibus sponte quis confusè videat vel peruersè inspicat, an contra quibus nolens malè aliquis videat? h. r. Eos quibus volens. soc. Ex his verò quæ tua sunt, potiora censes illa quæ malè agunt sponte, quam quæ inuita. h. r. Eiusmodi quædam videlicet. soc. An non & reliqua omnia, aures, nares, os, omniè que sensus ratio vna comprehendit, que docet sensus præter propositum peccantes, eligendos esse nunquam, vt potè qui prauè sint: eos autem qui esse iustitiam, tanquam bonos, potius eligendos? h. r. Mihi quidem videtur. soc. r. Quorum verò instrumentorum melior usus? Vtrum quibus volens aliquis errat, an quibus nolens? Ceu gubernaculum, vtrum melius illud quo de industria quispiam malè gubernet, an quo inuitus? h. r. Quo de industria. soc. r. Nonne arcus similiter, & lyra, & tibia, & cætera omnia. h. r. Vera loqueris, soc. r. Vtra equi anima ad possidendum melior, eâne qua sponte quis malè equitet, an qua inuitus? h. r. Quasi potè. soc. Est itaque melior. h. r. est. soc. Melior igitur equi animæ mala huius animæ opera volens quis faciat, contraria verò contra. h. r. Omnino. soc. Nonne eadem de anima cæcis cæterorumque animalum ratio? h. r. Eadem. soc. Verius autem sagittatoris animam tanquam meliorem eligeres? Illiusne qui volens aberrat a signo, an illius qui nolens? h. r. Illius qui vitio. soc. An non hæc ad sagittandi artem melior? h. r. Melior. soc. r. A. Quare anima quæ aberrat inscia, deterior est ea que sciens aberrat. h. r. In sagittandi videlicet facultate. soc. r. Quid verò in studio medicinæ? nonne quæ medendo dedita opera mala quædam corporibus infert, quo ad medicinæ artem pertinet, peritior est, quam illa quæ per ignorantiam peccat? h. r. Planè. soc. Ergo hæc in medicinæ arte est melior. h. r. Melior. soc. r. A. Vtra verò ad citharam pullandam, vel inflandam tibiam, & alia vniuersi cuiusque artis, vel scientiæ opera est iustior, nonne ad hæc & melior? & si quando præter artem malè quid facit, de industria facit: quæ verò deterior, præter sententiam? h. r. Apparet. soc. r. Detur autem animas eligemus potius que scientes circa ministerium peccat, quam que ignorantes, quasi ad hæc opera meliores? h. r. Sanè. soc. Animam vero postquam, nonne quomodo optatim exoptamus habere? h. r. Nempe. soc. r. A. An non melior erit, si sponte mala facit atque delinquit, quam si nefciat? h. r. Graue id esset, si Socrates, si qui sponte iniuriatur, meliores esset his qui non sponte. soc. r. Ex his tamen quæ supra dicta sunt, sequi videtur. h. r. Mihi verò nequaquam. soc. Putarum Hippia idem tibi quoque videtur. Respondere igitur iterum. Insultitia nonne vel potentia quædam est, vel sciencia, vel virtus? An non necesse est potentia horum esse iustitiam? h. r. Necesse. soc. r. Si potentia quædam animæ iu-

stitia est, potior anima, iustior erit? Melior enim, dicitur optime, hæc talis nobis apparuit. h. r. Apparet. soc. r. Quid verò si sciencia iustitia sit? Nonne quæ sapienter anima, illa iustior: quæ insipientior, contra iniustior? h. r. Ita est. soc. Quid si virtus? An non que ambo hæc habet, scientiam scilicet & potentiam, iustior erit: quæ sciencia non habet, iniustior? Nonne ita rem se habere necessarium est? h. r. Apparet. soc. r. Quæ verò potentior, & sapientior est, ea melior apparuisse, & ad vtraque tam pulchra quam turpia circa quamlibet actione peragenda paratior? h. r. Certè. soc. r. Quoties itaque turpia facit, volens facit propter artem atque potentiam. Hæc autem, vel ambo, vel alterū, ad iustitiam pertinet. h. r. Videtur. soc. r. Enimvero iniuriarum, mala facere est: non iniuriarum, bona. h. r. Sic est. soc. Nonne ergo potentior ac melior anima, quoties iniuste agat, sponte agat? Praua autem contra? h. r. Apparet. soc. r. Nonne vir bonus, qui apertam habet bonam? Malus contra, qui malam? h. r. Absque dubio. soc. r. Quam obrem boni viri est, sponte iniuriari, mali autem non sponte, si quidem bonus vir animam bonam habet. h. r. Habet quidem. soc. r. Si quis est iustus hominum qui sponte aberrat, turpiusque, & iniusta committat, haud alius est, dicitur Hippia, quam vir bonus. h. r. Concedere tibi ista non possum dicit Socrates. soc. Neque ego ipse mihi Hippia, veruntamen ex superiori sermone necesse est in præsentia nobis ita videri. At verò vt supra dicebam circa hæc semper sursum deorsumue deo, nec in adem perfuso sententia, quomodo mirum est me, meque similes, rudè que homines ad contraria circumuagari, si & sapientes vos obterretis. Id autem nobis graue malum, si neque etiam ad vos profecti errare cessemus.

CHARMIDES, VEL DE TEMPERANTIA.

MARSILII FICINI APOLOGIA.

Studium Socratis in hoc dialogo est, omnes quidem ad temperantiam cohortari: Tres vero præcipuè, scilicet adulescentes, & nobiles, atque pulchros. Adulescentes quid præterea, quod eia morbis adhibenda est medicina. Principijs obiecta, sero medicina paratur, cum mala per longas inualere moras. Nobiles quoque, tum vt ostendat veram in virtute nobilitatem esse penitentiam tum quia nobiles pleiunque ceteris exemplo sunt, & quotidie ad vniuersam admittuntur, transiuntque si mali sunt, humani generis detrimento. Formosus denique, eam in potissimum flagitiosorum consuetudine deprauantur: quod fit, vt magis egere medicina. Præterea formosi, si uideantur, vt quemadmodum natura corpori breuè tradidit pulchritudine, sic ipsi vicissim Deo nature auctori, sempiternam animi iustitiam, pulchritudinem. Neque verò peritendum est, vt cum exteriora nostra mentis sua pulchritudine placeant, interiora interim sua deformitate displicent. Et si omnia in hoc dialogo misceat habere allegoria, anatoris maxime, vbi aliter quæ cæca Salomonis, mutati tamè nonnihil, nonnihil etiã prætermisio. Quæ enim consonant castigatiuè mis auribus Atticorum, auditoribus fortè auribus nimis consonant, quæ minus consonant, dicere non Platonis esse, sed Chroni. Tria verò in ipso exordio nota danda sunt in primis, quæ amor ab hæc forma corporis ad incorporatè transferant pulchritudinem. Primum, quod inquit Socrates se inter pulchros habere, & pulchritudine, nihil dicitur, sed pulchros sibi eosque æque placere: quasi dicit, non in vniuerso corpore formam sistendum esse pedem, sed ad ipsam communem speciem totius pulchritudinem ascendendum. Quæ cum vna fit in multis, idem pulchritudinis vna refertur super multa. Quæ aliquid igitur ab individuo ad speciem, & a specie ad idem cogitando transcendimus: & ab amore formæ habitus, ad amorem communis formæ primo, deinde ad formæ idealis amorem.

amare pergere ad amorem. His addidi Socrates corporis pulchritudine non propriè, vt se amata, sed tanquam diuine pulchritudinis imaginem nobis exhibentem. Habes postremò nudatè animam, corporisque forma post habitum deorsum animam, in naturam inspicere, in studio comparandam diligentiè adhibere. Et interea corripit Charmides, qui nescio quid de nudando quasi in palestra corpore dixerat. Neque iniuria exhibet atque ad temperantiam ad pulchritudinem corporis exorditur. Itæ enim temperantia quædam est linearis, atque coloris. Sed ab hac proximè transiit ad corpus sanitatè, quæ ab hac ad animi ipsius ornatu, quæ in affectu temperantia est, ipsa motiōis scilicet moderatio. Et in cogitatione quædam similitudo est temperantia, in quadam intelligentie in rebus quæ intelligitur communis cognitio atque cōfessio, vt non immerito Pythagoras temperantiam virtutè omnium esse dixerit. Iam obrem, tam publicè quam priuatim humane societatis consuetudine, præsertim in cura & iustitia temperantia quædam sit, id est conuenientia in communi vniuersi dicitur moderatio. Profecti quoniam temperantia proprie circæ cohærentes videntur libidine voluptatibusque, vt se iustitiam, autem similitudine quædam transferuntur, ad cupiditates omnes ampuandam, & ad illa que inuitat moderantiam, vt etiam officij fortitudinis in audacia, timorisque moderatio referretur, similitudo iustitiam in præmiorum persequendo, liberalitatis quoque in erogandi modo denique, totius vite salus, vt nequid nimis. Hinc Pythagorica illud, Mensura omnium optima. Sed memento illorū in Thælo ne uariè temperatos esse, qui corpore & voluptatibus gratia ad voluptatibus abstinere. Iubet enim actiones mortales ad purgandam mentè referri, conseruanda sapientie diuinæque similitudinis gratia. Tanta vero est excellentia temperantia, vt & cetera omnes in operibus suis obseruent artifices elegantes, & ipsius virtute non solum corpus sub luna quilibet, vt neciam celum ipsam vniuersumque, seruetur. Quod in Georgia sapientis testimonio confirmatur. Hinc illud simile, disponit deus cuncta iuauiter. Item in numero, ponderè mensura cuncta disponit, sic iam ad dialogum reuertamur. Socrates dum ex festiuitate magorū vteret curari corpus aut equam curaret animas, vniuersi quos improbat, qui minima curant, maxima negligunt, veluti qui equis & canibus agrotantibus remedia quarant, in suis verò corporis & animi morbis medicos minime consulunt. Minima quoque suppellestilia vite componunt, ipsi interim & animo & corpore incompositi. Interperato animo citharam temperant. Quotidie aliena curio sit trahant, propria deserunt. Omnia verò præter animam ipsam nobis sunt aliena. Ideo corporis medicinam solum appellat, rem, eam fragilem, & omnino mutabilem, ac penitus contentendam. Significat etiam multa non in incommoda sum corporis tum fortune ob interperantiam frequententer accedere, atque contra complurima bona per temperantiam promoueri. Item animam per se esse compositam quæ necne accidit, tam & prudenter disponit, & æque tolerat, vt nihil tandem euadat in malum. Incompositio vero animi nihil breuè, vel in corpore, vel extra posse coponi. Exponit autem in Cratyllo nomen temperantia Cratum Sophoclytem, quasi saltem in quodam consecrationeque prudentia. Putat enim animo temperantiam luminem inuana fuisse ideòque si in seipsum profusus insipiscit, vera ita se omnia compositam. At vero quo minus insipiscit, in causa est immoderatus ad corporeque affectus: quod fit, vt temperantia opus sit primis per se expulsa perturbatiōnem caliginem uentis facta serenos diuini solis lumine abundè circumfundatur, unde sapientiam primam reuertetur, deinde prudentiam adipsatur. Quoniam igitur temperantiam sapientiam prudentiamque comitatur, ideo Plato sepe alibi, & in hoc dialogo sub ipso temperantia nomine sapientiam quoque, virtutem & prudentiam continet. Monet autè Socrates Charmidem, vt recipiat in seipsum de temperantia verba facturus, nam hæc ipsa in seipsum conuersio, est huius virtutis officium. & quisquis in seipsum penitus conuersus fuerit, tum per ipsam temperantiam idem inuicem in seipsum, humanam intelligit temperantiam, tum moderationem ipsam agnoscentis quæ deus animæ partes ab iniuriā interim temperantiam, cognoscent quæ ratione sit affectus animi temperantiam. Accidit ad hæc quod in hac præcepto significat non inueniunt nisi temperantiam de temperantia loqui ad persudandum vel debere vel posse. Præterea traditur in Timeo, esse consonantiam quædam animæ tam ad seipsum quam ad corpus modulatione, non bis prospera citharæ cotingeret. Quinetiam Pythagorici, quos Romanus in suis in corporis moderatorem, perperam vniuersi, sanitatem, & duritiam vti am corpori pollicentur. Quod quidem plebisque sapientibus sanctisque virtus promouisse comperit & Censorinus, & nos habemus. Ad eandem quoque causam aut similitudinem

turnas præcorū vitas nonnulli referret. Sed additur bis aliquid mirabilis. Magos carminibus suis immortalia aut corporis polliceri. Magice carminibus Platone in Alcibiade, nihil aliud quam diuinum cultum esse dicit. hic insuper addidit, non magis tantum carminibus, verum etiam philosophicis rationibus & temperantiam animi, & corpore vel semper, vel diu saltem, vel a morte, siturari, profectio oratio illa, quæ temperantiam auditiuè omnino siturari, sua, atque insuper affectura duo potissimum exigit, siturari insulam, & rationes ad philosophiam coparatas. Atque orationem & duobus his composita Plato incantatione nominat magice. Quæ Thales primo, deinde Pythagorici moribus ab animo & corpore mirabiliter expellebat. Neque verò saltem patari debet, corpus sub anima penitus temperata immortalitate esse, posse & sub temperata in moribus, & mala labi. Id enim Mosia de primi ætatis statum atque lapsu mysticè continet. Atque, Aicenna sequens Platonicos & Hippocrate, probat animam ex ipsa sui natura ad materiam omnem esse operare, vt cum prima in seipsum virtutis restitutus, possit, elementa mundi mira quada virtute mouere, atque habere in corpore quævis imperiaque sit, vt multo magis possit in proprium. Quod quidem & ab initio. Ad potest experiri, & quidam parat. Enoch & Elias, & nonnulli suspicantur euang. illa adueratione quædam similes viuere. Sed de his omnibus in Theologia non solum Aristoteli, sed patet. Denique, vt summam dicam, mira in hoc virtutis temperantia declaratur, quod animi infestior in deteriora prolapsus, scilicet insipienti restituit. Declaratur & mira potestas animi, ad quæ omnia bona, quæ mala in corpore desunt, & quo volente corpus seruari valeat incorruptum. Quod quidem Mosia mysticè, sed vniuersè, consonat. Post hæc serps quid sit temperantia queritur, quod quidem neque Charmides, neque Critias vniuersa absoluit. Ille enim non temperantiam proprie, sed quæ comitatur eam, adducit in medicis, aut quæ ad prudentiam magis pertinet: & id quid semper incipit videlicet vt declaratur non esse cuiuslibet de virtute ita declarata differere. Inter ea nota præcorum sacerdotum cōfessio in sacris & iustitiam patet, & loqui seruari præcipuè colere, vt declaratur in Platone, modica, fides omnia, vt in Legibus Plato refert, sed loqui prouidentia disponit atque seruati. Sed ad Critiam incipit vniuersam, dicitur esse sciencia quædam que ita est, quæ scientiam omnes ceteras verò ipsas quarum sunt scientia, nesciant. Quod quidem ideo est absurdum, quia veritas ipsa rationis scientiæ in ipso eorum quæ sciatur quæ sunt scientia, congruentiaque consistit. Præterea neque, per se esse ipsa potest scientia, nihil que scientia sit displicentia, id vero nisi res cuius sit habentur haberi non potest. Itæ consistit Critias posse aliquid quæ nullo modo cognoscit, interim cognoscere se non posse. Id autè Socrates idcirco non recipit, quoniam quæ nullo modo sciuntur, non possunt interior quodammodo sciri. Quisquis enim animaduertit se aliqd ignorare, eo ipso agnoscit & se carere. Si ita indicat, ergo iam notione ipsius, quædam in seipso deseripit. per quæ inducit & se carere, quo præcipuè carcat. Quo fit, vt quicunque est aliquid se ignorare cognoscit, interea rē ipsam non profusus ignoret, imò generalitèr quædam adueratione deseribat generalitèr inquit, propterea quod in specialitèr distinctione scientia perfecta consistit, quæ omnibus dispositionibus suis Plato perquirat. Vbi verò Socrates inducit agnoscentem se nihil scire, iudicat cum, esse non specialitèr, generalitèr tamen verū deserptione habere, alioquin ignorantia sua non posset agnoscere, idcirco dum sciebat nihil sciebat quodammodo eundem. Quonia verò Critias sermone de temperantia tradaxerat ad prudentiam, & id videm licentia quadam Platonicæ, Socrates prudentiam asserit id est boni malique sciencia autoritatè summam ad beatitudinem obtinere, tum quia & boni finem, & bona ad ipsum media ipsa demonstrat, tum quia omnes ita res quæ autem quæ sunt ab ipsa reguntur, motus conducunt ad bonam, contra verò nequaquam. Postremo docet Socrates nihil diuinitatis vel desinere vel comparari quàm temperantiam. Difficultas verò desinens inde procedit, quod vix à ceteris virtutibus quarum ipsa consonantia quædam est, discerni potest. Adde quod ita difficultas non intelligitur, vt bisque ex primis, quæ diuinitatis intrinsecè possidentur. Profectum cum ex ipso corpore commercio maxime ad vniuersam temperantiamque, proclinet simus, in eaq; ab instantia naturæ, diffinitione temperantia adipsissimum. Præterea primis sensus affectibus videtur nonnihil interdū vel ad fortitudinem per irā audaciam, esse referre, vel ad prudentiam, vel ad patientiam per dolorem, vel ad iustitiam liberalitatemque, per amorem. Temperantia verò temperantia omnia opponitur, cum enim in summa quædam tranquillitatis solis collatèr possit, ad quædam affectu vniuersè impeditur. Aget quoque difficultas aut, quod fit in corpore consonantem omnino harmoniam membrorumque temperantiam, sic in animo harmoniam suorum omnium temperantiam reperit

omnium est difficultum. Quamobrem non iniuria Socratem tam in eplogo quam in exordio ad temperantia celesti harmonia per-

SOCRATES, CHEREPHO, CRITIAS, CHARMIDES.

Ridie cum vesperi Potidea ab exercitu rediissem, protinus solita exercitia, ut puta quibus diu abuissem, magna cum voluptate repetui, ac Taurae palatram, quae ex opposito templi porticus regiae est, sum ingressus. Vbi multos coperti partim ignotos mihi, partim notos, & eos quidem primos. Qui cum me ex insperato ingredientem vidissent procul, subditi congratulati sunt, aliunde alius occurreret. Cherepho praecipue, velut insanus esset, e medio statim proficiens accurrebat, ac manu me praehedens, o Socrates, inquit, quo pacto praetio superstes euasisti? Nam paulo ante quam abiremus, apud Potideam pugna commissa est, de qua hi nuper hic audierant. At illi ego respondens, Ita, inquit, ut vides. Nuntiatu est, inquit, pugna acerrimam fuisse, atque in ea plurimos nobis notos homines occubuisse. Vera in qua, vobis nunciata fuerunt. An tu, inquit, praetio interfuisti? Interfui. Sede hic, nobisque enarra non dudu enim fati omnia intelleximus. His dictis, sedere me prope Critia Calleschi filii iussit. Sedens itaque Critiae & alius congratulatus sum primo, deinde quae in belli expeditione congerant, quod quisque requirebat, alius enim aliud requirebat magis recessui. Vbi vero hisce de rebus abudè locuti essem, rursus ego illos interrogavi quena esset his teponibus philosophiae conditio, & qui adolentes, vel sapientia, vel pulchritudine, vel virtus; clari. Tunc Critias ad fores respiciens, vidensque adolentes quosdam ingredienti, & inuicè altercantes, & post eos turbam alia, quod de pulchris, inquit, o Socrates, percontabaris, videris mox cogniturus. Na qui nunc ingrediuntur, praetores sunt amatorumque cuiusdam, qui omniu huius teporis speciosissimus iudicatur, ac videtur & ipse iam ingressurus. Quisna ille? & cuius filius, inquit, Nosti, inquit, fortassis & tu. Sed cu hinc abiisti, nondu adoleuerat. Charmide noueras filiu Glauconis patru nostri, patruelè meū? Noui equidè, neque puer tuem ceterum edus erat. Nunc vero adultu esse illum ita arbitror. Statim intelliges, ait, quatus & qualis euaserit. Dum huc ille dicit, Charmides ingreditur. Ad me quidem o amice, quod attinet, nihil perpendo. Professio enim perinde sum erga pulchros, ut alba amussis, in albo lapide. Ferme enim omnes aetatis eius homines mihi pulchri videntur. Praecipue vero tunc ille & corporis proceritate, & egregia indole mirandus apparebat. Ceteri autè omnes capiti eius amore videbatur, vsque adeo illius ingrefsu obstupuerunt turbatiq; sunt. Multi praeterea post illu amatorum sequebatur. Et quod ad viros attinet, nihil mirum: vtrū & pueros etiā animaduerti, quoru nemo me minimus quidè aliu quèq; intuebatur, sed illu vno cuncti tanquam imaginè quadam contēplabantur. Hic ad me cōuersus Cherepho, qualis tibi, o Socrates, adolēscēs videtur? an nō specioso vultu?

Proceritate

Mitificè, inquam. Arqui, inquit, si nudare se vellet, vultu praè illa quae intus lateat forma, deformè diceret. Eadè hæc Charephoti ceteri etiā consenserunt. Insuperabile hercle, inquam, vultu narratis, si paululu insuper quidda huic adesset. Quid illud? inquit, Critias. Si optimo inquam, animi habitatu natura decorus esset, qualè esse, o Critia, confententiu est vestra è stirpe prognatum. Imò certè quo ingenuu spectatur & pulcherrimus est, & optimus. Quid igitur non nudamus, inquit, animu prius, interiorèmq; formam potius contēplamur? Nam cum tatus tam sit differere gaudebit puto. Certè, inquit, Critias. Na è sapientiæ studiosus est, & vt sibi, ceterisq; videtur valde poeticus. Longa, inquit, amice Critia, ferie nobilitatè hæc Solinis ex genere trahitis. Veru cur mihi iam adolēscētē non monstras, huc accersens? Neq; enim dedecet etiā si sit minor nato, cum eo differere, & patruelè eius simul & tutore praesente. Probe, inquit. Vocadus est iam. Atq; his dictis ad eum qui ponè sequebatur conuersus, Voco, inquit, Charmidem, sed heus, dices illi, me velle medico se curam committere ob valetudinè qua de conquestus est nuper. Ad me vero Critias, nuper, inquit, Charmides cu manè surgeret, caput dolere querebatur. Quid prohibet igitur simulare tenuè dū aliquod cōtra capitis grauidinem te habere? Nihil prohibet, inquit, modo veniat. At veniet. Quod & factu est: venit enim, nisiq; ingere omnibus cōcitatuit, vniuersisq; enim nostru vna sedenti, locū dedit Charmidi volens quò iuxta ipsum sederet, proximu dedita opera impulit. Quo factu est vt eoru qui sedebant, nouissimu, alteru surgeret cogere meo, alterum humi prostratu deiceremus. Ille vero accedens, me inter Critiaque cōsedit. Tu ego, o amice, iam hærebac me ea cōsuetudine deseruit, quā paulo ante habebac, fore vt eū eo facillimè disputarè. At posteaq; Critias dixit, me cum esse, cur medicamentu notu esset, aspexit me oculis tanquam prodigiū quoddā, & quasi interrogaturus ad nos accessit: omnique qui in palatratia erant, cōti nese ad nos confluxerit, ac circuli instar circūderit. Tu verò, o generose, vbi aspectu quæ sub palatio latebat, rotus exarui, neq; amplius etiā apud me. Cydāmq; in amoribus sapientissimu iudicauit, qui de formoso puero loquens, alium admonens dixit, Cauendum esse nē coram leone hinni nulli progredi partem quis exspectat carniū: mihi quippe captus certè esca illa fuisse videbar. cum autè ipse percontatus esset vtrum capitis medelam scirem, vix tandem me scire respōdi. Quæ nam ista? inquit. Folium quoddam, inquam. At insuper addēda est incantatio quaedam, quam si quis adhibeat, solioq; vtatur, sanitas restituitur. Absq; incantatione vero solum nihil cōfert. Ad hæc ille, Ex scribam equidè hanc te dāte incantationē. Vtrum si mihi persuaseris inquit, an etiā si nō persuaseris? Ille subridens ait, si tibi persuasero Socrates. Hem, inquit, nomen quoddam planè tu meum, penes. Teneo, inquit, equidè, nisi iniurius sum. Frequens enim de te inter æquales meos fermo habetur. Memini quinetiam cum puer adhuc essem, tecum Critia hoc versari solum. Rectè tu quidem inquam. Audientis enim incantationis tibi modum ostendā. Paulò verò ante necesseba quo pacto vim illius tibi monstrarem. Est autem talis, o Charmides, vt caput solum curare nequeat: quem admodu saepe ex peritis medicis audiisti, qui quoniam quis dolore oculorum affectus eos cōsultat, aut nō posse oculis mederi, nisi prius capiti medeantur, neque

Proceritate

neq; caput absq; totius corporis medicina posse curari. Hac de causa regulis quibusdā toti corpori cōferētib; vtuntur, & a toto ad partē transiūt restitue dam, an nō audisti ita dicere illos, & ita esse? Profus inquit, Rectè ène loqui tibi videntur, inquam, misericordieq; hunc approbas? Maxime omnium, inquit, Enimvero cum probari ipsi hæc audire, recepi fiduciam, ac mihi paulatim rursus animu excitatus est, recreatusq; sum. Talis est, inquam, o Charmides, incantationis quoq; huius potētia. Quā didici ibidè in exercitu a quodam medicoru Thracu Zanolxidid sedatorem, qui & immortalitate asserre dicuntur. Adiecit praeterea Thracius ille medicus, etiā Graecorum medicos quæ supra narrata sunt praedicare. Ceteru Zanolxis ait, rex noster ac de tradit, què admodu oculos sine capite curare nō deer, neq; sine reliquo corpore caput: ita neq; sine anima corpus. Eaq; causa est, cur medicos Graecos morbi corporum multi lateant, quia totum ipsum ignorant, quod in primis curare oportet: quo male affecto impossibile est partem aliquā bene valere. Omnia nanq; vel bona, vel mala ab anima in corpus, & hominè totum manant, indèq; similitur vt ex capite in oculos effluunt. Illa igitur primu, & maximè curari iubet, si modò caput & vniuersum corpus bene valere debeat. Anime verò, o beate, medelas esse docet incantationis quisdam. Eas praclaris rationibus cōtineri, quibus anime temperantia tribuatur: qua inserta atq; praesente facile esse sanitate capiti totiq; corpori tradere. Ille igitur cū medelā incantationisq; doceret, iussit vt nullis precibus motus alicui contra capitis dolorem remediū adhiberet, nisi prius animā incantationibus ipsi purgandā cōmississet. Hunc sanè nostroru temporu errorè dicebat esse q; pleriq; absq; temperantia sanitateq; studio, medici esse cōtendūt. Me itaq; mirum in modu praemonuit, mandauitq; cauere ne quis vquam diues, seu nobilis siue pulcher, mihi vt aliter faciam, persuadeat. Illi hoc ego iureiurando interposito me obtinxi: quam obrem necesse est paream, & pareo: q; si voles secundum hospitii pracepta, animā tuam prius incantationibus omnibus Thracis illius subiicere, capiti medicamentu admovebo. Sin minus, nō potero, o amice Charmides, tibi prodesse. Cū igitur hæc audisset Critia, luero, inquit erit grauedo hæc capitis adolēcenti, si cogatur mente quoq; & animo propter caput, melior fieri. Assero autè tibi Charmidè hunc æqualibus omnibus nō specie tantu praexcellere, vtrum etiā o ipso praestare ceteris, cuius ipse incantationè habere dicebas. An non temperantia supra dixisti? Huius ipsius, inquit. Scito igitur omnium suæ aetatis adolēcentium hunc videri temperatissimu, & in ceteris omnibus pro aetatis incremento, nullo inferiorè esse. Consentaneu est, o Charmides, inquit, in his quæ dixit Critia, te ceteros anteexcellere. Neque enim referre quisquæ facillè possit, vt arbitror, duaru apud Atheniensis familiaru coniugiu, ex quo verissimu filius sit pulchra honestaq; plorem nasci, q̄ maioru tuoru cōiugio. Nam paternu genus huius Critia Drodipi, ab Anacreonte Solonèq; aliisq; poetis permixtus est illustriatū, decore, virtute, & alia felicitate praecellens. Eadem quoq; est materai generis gloria. Nemo enim Pyrilampo auunculo tuo aut pulchrior, aut maior omnium qui continentem habitant vniuersu est inquam, quonies ille vel ad Regem magnu, vel ad alium in continentem habitantū legatus accederet. Ac summam vniuersa hæc duo corpus nul-

la in re est inferior alia quacunq;. Quare probabile est totali stirpe creatur primas partes in omnibus obtinere. Quaru quatuor ad eam spectat quæ cernitur oculis, atinet, o dulcis Glauconis fili, videris mihi nihil à superioribus tuis degenerasse: q; si ad temperantiam, & ad alia, vt Critias hic testatur, natura es institutus, beatum te, o chare Charmides, mater peperit. Ergo sic se res habet. Si inest tibi, vt ait Critias temperantia, & sufficiēt es tēperās, neq; Zanolxidid, neq; Abaridis Hyperboei incantationib; indiges, sed iā tibi medela est capitis admodu. Sin autè deest tēperantia tibi, incantatio medelā antecedere debet. Respōde ita ipse mihi, vtrum assentiaris Critia, & asseras temperantia te satis habere, an deesse aliquid recognoscas. Tūc ergo ipsius Charmidid genæ tubio suffusa graviorè specie ostēderūt. Nam pudor eam ætatè deer. Deinde admodu generose respōdit: Haudquaquam facile est quæ in praesentia quaesita sunt, vel admittere, vel renuere. Si enim me tēperantē esse negauero, primò quidē turpe videbitur quod ipse mihi derogē: deinde Critia huius, alioruq; multoru quibus tēperās esse videor, tanquā fallam sententiā coarguā. Sin autè affirmauero, odioso videbitur hæc de meis po iactantia. Qua propter quorsum me vtram, nescio. Probe loqui videris Charmides, inquam: itaq; cōmuniter iauicandum puto, vtrum quod quero possideas, necne: ne vel tu aliter quā velis loqui cogaris, vel ego temerè mederi festinem. Si ergo gratu tibi futurū est, cupio vna tecu inuestigare: in minus, dimittendum arbitror. Imò certè gratissimum, inquit, omnium. Quam obrem vt ipse praestare putas, ita perquire. Hunc in modu, inquam, cōmodior indagatio futura videtur. Constat profectò si inest tēperantia tibi, habere te aliquid, quod de hac opinio. Necessè est enim in hæc tēpō ipse tibi, si modo in hæc, aliq; suo sensum praebere, ex quo aliqua circa ipsam insurgat opinio, qua quid, & quale temperantia sit cōiectes, nōne putas? Puto equidè, Nōne hoc inquit, quod ceteris, videris deest postquā scis loqui Graecè, dicere possis quidnam tibi videtur? Fortassis, inquit. Vt ergo coniciamus videri tibi inest necne temperantia, dicage, quidnam ex sententiā tua tēperantiam esse dicis? Pigitur cum primò, neq; libes ad respondēduo venit, demum ita respōdit: Temperantia esse duco, deceret agere solum, & quietè ac sedatè per vias incedere, quietè loq; ac quietè omnia facere, & vt breui complectar quod quæris, quietudo ac sedatio quædā esse mihi videtur. Rectè, inquit. Ferunt sanè quietos placidosq; homines tēperatos esse: de videamus an vera loquatur. Dic igitur nūquid pulchru aliquid temperantia sit. Est, inquit, profus. Vtrū in illa gramatici facultate pulchrius est eadem literas cito scribere, an lenitè? Cito. Legere autem celeritate an tardè? Celeriter. Quinetia pulchre citharam velociter, & promptè certare pulchrius est, inquit, quā quietè ac tardè? Est, inquit. Quid verò in pugnorū brachiorūmq; ludis, nōne celeritas ipsa laudatur? Vtrū. Curere autem atque saltare, & ceteris corporis actus, nōne si prope rē & proptè sunt, ad pulchru spectant? si tardè, difficulter, placidè ac sedatè, ac turpe? Apparet, inquit. Patet ergo quantum ad corpus attinet, non quod tardum, ac sedatum, sed quod celeritatem ac velocitatem, esse pulcherrimum. Nōne, inquit? Omnino, inquit. Temperantiam verò pulchrum quid esse cōstitit? Cōstitit. Nō ergo circa corpus quietudo,



artibus quibus tribuere posset? Poteritne mihi tu harum cuiusmodi aliquid opus ostendere? At non poteris. Vera dicit inquam, hoc tamen monstrare tibi possum, cuius scientia sit harum scientiarum quælibet, quod aliud est quam scientia quæque. Quemadmodum computandi peritia paræ & imparis multitudinis scientia est, quo pacto ad ipsam, & inuicem se habeant. Nonquid? Profecto, inquit. Nonne aliud est, inquit, paræ & impar quam ipsa computandi scientia? Est, inquit. Quinetia ponderandi facultas, grauioris leuiorisq; ponderis libratio est. Graue autem ipsum & leue aliud quiddam est, quam ars ipsa libranda. Assentis? Assentior, inquit. Dic itaq; temperatiæ cuius potissimum scientia est, quod sit aliud quam temperatiæ ipsa? Hoc profecto, inquit, quod modo queris, illud ipsum est, quo temperantia ab aliis omnibus scienciis differt. Tu verò similitudinem aliquam huius ad alias exis. Sed aliter sceres habet. Nempe ceteræ omnes alterius cuiusdam scientiæ sunt, sui ipsarum minimè. Sola hæc & aliarum scientiarum, & sui ipsius scientia est. Et permutatum abest vt hæc ignores: verum arbitror te, quod paulo ante negabas, efficeret: nam me resellere tentas, & illud de quo sermo est, prætermittis. Quid agis, inquam? An putas si te redarguerò, alterius gratia me id facturum, quam cuius gratia me ipsum examinarem, si quid dicam, metuens ne dum scire puto quod nescio, mea me ignorantia fallat? Et nunc quidem id sum optere me facere assero, perpendere videlicet & examinare sermonem mei ipsius gratia primùm, forte etiam meorū familiarium causa. An nõ comune bonum esse hoc omnibus hominibus arbitraris, vt rei cuiusq; cõditio omnibus innotescat? Maximè equidè, ô Socrates. Audacter itaq; ô beate, vt tua fert opinio, ad interrogata respondens, ne cures Criticæ sit, an Socrates qui redarguit, sed ad ipsum sermonem attende, quoniam redargutus euadat. Sic faciam, inquit nam probè loqui videris. De temperantia quod dicit, age, inquam, repete. At equidem, inquit, ex omnibus aliis scientiis hæc solam & sui ipsius & reliquarum scientiarum esse scientiam. Nonne & inscitia, inquam, scientia est? siquidem & scientiæ? Omnino. Solus itaq; temperans, inquam, seipsum noscet, examinaretq; poterit quid norit, quid ignoret: iudicare insuper ex aliis hominibus, quod quisque nouit, & nosse putat: siquidem nouit, quid ve ignorat ipse & nosse putat: aliorum autè nullus hoc poterit. Atq; hoc est esse temperatum, & temperatiæ, seipsūq; cognoscere, intelligere scilicet quæ nouit, quæ ve non nouit. Sinite hæc quæ dicit: Sunt, inquit. Tertium igitur, inquam, vt dicitur, Seruatore velut à principio consideremus. Principiū vtrum fieri hoc possit necne, vt quæ quisq; nouit, & quæ non nouit, nosse item & non nosse cognoscat. Deinde si id fieri possit, quenam intelligentibus sit futura utilitas. Querendum, inquit. Animaduerte, inquã. Critia, num in his certis quicquã habebas: ego enim nihil, & qua in te dubito, si voles, aperiam. Imò volo, inquit. Sequetur hæc, si stabit quod ipse modo dicebas: Vna quædam videlicet scientia, quæ nullius alterius q̄ sui ipsius, aliarūq; scientiarum scientia sit: atq; inscitia: rursum scientia eadem Profus, inquit. Vide inquam, amice, quam absurdus noscer hic sermo sit. Enimvero si hoc idè in aliis quibusdam consideraueris, vt arbitror, impossibile tibi videbitur. Qua ratione, inquit? & vbi? Hic planè, inquit, cogita enim vtrū videatur tibi vi-

Proter.

sus quidam esse, qui nõ sit earum rerum visus, quarum ceteræ visiones: sui ipsius autem & ceterarum visionum, & item nõ visionis sit visioneq; colorem videat vllum cõ viso sit, seipsum verò duntaxat & alias visiones inspicat. Videtur visio tibi vlla talis esse? Nulla, inquit. Num & vim, inquam, aliquam audiendi reperire posse confidis, quæ vocem audiat nullam, seipsum verò, & auditus alios, & non auditus precipiat. Neq; istud possibile, inquit. In summa sensus omnes considera, vtrum sensus inueniri aliquis possit, qui seipsum, ceterosq; sensus percipiat, nihil tamen eorum sentiat quæ sensus alij sentiunt. Impossibile & hoc existimo, inquit. An forte cupiditatem aliquam esse cenles, quæ voluptatem afficeret nullam, sui ipsius autem & reliquarū libidinum sit cupiditas? Nequaquam, inquit. Neq; voluntatè, inquam, vt tarbitror, quæ bonum nullum exoptet, seipsum verò & ceteras voluntates exoptat. Minimè, inquit. Amorem quinetiam aliquem talem esse dices, vt pulchri nullus sit amor, imò sui ipsius, ceterorūq; amorum sit ardor? Non equidem. Timor enim aliquem excogitasti vnquã, qui seipsum & metus alios expauescat, terribile verò & periculosum nihil exhorreat? Nunquam profus, inquit. Opinione præterea talem, vt opinioñ aliarum & sui ipsius opinio sit nihil autem eorū quæ opinioñes alia suspiciantur, opinetur ipsa? Nullo modo. Veruntamen scientiam quandam eiusmodi esse diximus, quæ dogmatis nullius scientia est, sui ipsius autem, & aliarum scientiarum scientia. Diximus certe, inquit. An non mirum, inquam, quiddam, si est: nondum enim contendamus nõ esse, sed vtrum sit consideremus. Scire loqueris, inquit. Dic iam, Estne scientia hæc al cuius scientia habet? vim quãdam huiusmodi, qua alicuius sit Profus, inquit. Item malitise dicimus eã vim habere, qualiquo maius sit? Habet nimirum, inquit. Nonne minori aliquo maius, si maius erit? Necessariū est, inquit. Si maius quippiã reperierimus, quod maioribus aliis & seipso maius existeret, neq; tamè maius esset aliquo eorū quibus cetera sunt maiora, omnino sibi hoc conueniret, vt sic ut maius est seipso, ita sit & minus: Profus necessariū est, ô Socrates. Quinetiam si duplum sit, inquam, aliquid ad alia, & ad seipsum, certè ad seipsum dimidium erit duplum, & ad alia dimidia duplum. Neq; quicquid duplum est, nõ alterius est q̄ dimidij duplum. Verū est, inquit. Præterea quod seipso plus est, nõne & paucius? & quod grauius, item leuius: quod ve sciens, etiam iniustus? & in ceteris omnibus eodem modo, quicquid sui ipsius potentiam ad seipsum habet, nõne & illam habebit essentiam, ad quam est eius potentia? Dico autem tale aliquid. Auditum nullius alterius dicimus esse quam vocis auditum? Profecto, inquit. An nõ si seipsum audit, inquã, vocis se habet eum audit? Neq; enim aliter posset audire. Necessariū sequitur, inquit. Visus quoq; ô vir optime, inquam, si seipsum videbit, necesse erit eum aliter colorem habere. Nam absq; colore visus acernere nihil potest. Nihil potest, inquit. Vides, inquam, ô Critia, eã quæ narrauius, parim impossibilia omnino videri nobis, partim diffidendum maximè ne non vim suam habent ad seipsum: quod enim magitudo & multitudo ac cetera huius generis vim suam habeat ad seipsa, penitus impossibile, nõne? Sic est omnino, inquit. Quod verò visus & auditus, inquit, seipsos percipiant, motus se moueat, & se caliditas calefaciat,

æ

& cetera talia a quibusdam nõ creduntur, nonnullis fortè credendum videtur. Magno quodã viro opus est, ô amice, qui satis per omnia id distinguat, vtrū nihil omnino vim suam ad seipsum habere valeat præter scientiam, sed ad aliud: an queant alia, alia nequeant: & si aliqua sint quæ ad seipsa vim habeat, vtrum eorum in numero hæc scientia sit, quam temperantiam nominamus. Equidem sufficere me ad hæc discernenda, nequaquam confido. Quo circa neque asserere possum, vtrū fieri possit, vt scientia scientia sit. Quod etsi detur, non prius tamen assentiar esse huiusmodi temperantiam, quam inuestigauero vtrum proficiat quicquam nobis temperantia talis existens, vel nihil proficiat. Temperantiam enim vtile quiddam ac bonum esse vaticinor. Tu igitur Calleschri fili, quãdoquidem temperantiam ponis scientiæ inscitiaque scientiam, ostende primùm possibile hoc esse quod supra dicebam: postea præter id quod possibile, esse & confere: atq; ita mihi circa temperantiam ipsius definitionem forsitan satisfeceris. Critis verò cum hæc audisset, meq; dubitantem videret, eorū more qui oscitantes intuenti oscitant, ipse quidem visus est hæsitante me, cogi similiter hæsitare. Sed vt pote gloriosus, præfentes veritus est, neque cõfiteri mihi voluit, sed ad ea discernenda quæ obtuleram, nõ sufficere, neq; apertè quicquam protuler, suamq; habitationem occultat. At ego vt disputatio nostra procederet: Si tibi, inquam, videtur, ô Critia, dabimus nunc scientiæ scientiam esse posse. Verum verò possibile necne, alias indagabimus. Veruntamen si quam maximè id possibile sit, quid magis possibile est cognoscere quæ nouit aliquis, & quæ non nouit? hoc vtrique esse diximus seipsum cognoscere, temperantiumque esse. Nonne? Maximè, inquit, ac sequitur quodammodo Socrates. Nam si quis eam habet scientiam quæ seipsum cognoscat, talis & ipse sit, quale est id quod habet: quãdmodum cum velocitatem habet quis, velox: & quod pulchritudinem, pulcher: & quando cognitionem, cognoscens. Quare cum cognitione ipsam sui ipsius quis habet, seipsum tunc cognoscens efficitur. Haudquaquam id ambigo, inquã, quin si quis in seipso habet aliquid sese cognoscens, ipse quoq; se nouit. Sed quænam necessitas cogit hominè se affectum, quæ nouit quæ ve non nouit cognoscere? Hæc videlicet, inquit quia idem est hoc & illud. Fortè sic est, inquam, sed ego semper similis esse videor, neq; rursus intelligo quomodo idem sit, quæ nouit cognoscere quæ non nouit. Qui isthuc ais, inquit? Ita inquam, scientia ipsa scientiæ existens, nunquid vltra discernere poterit, quam quod ex his hoc quidem scientia est, illud inscitia? Non vltra, sed ætatenus, inquit. Idem est igitur, inquam, scientia & inscientia sani, atque item scientia & inscitia iusti? Nullo pacto, inquit. At verò hoc quidem medicina, hoc autem ciuili peritia inquam, hoc verò nihil aliud quam scientia. Quidni, inquit? Nisi quis nouerit sanum insuper ac iustum, sed solam scientiam, vt pote huius solius scientiam habens, quod quidem scit aliquid, quod ve scientiam quandam habet, agnoscat tam circa seipsum, quam circa alios, nõne? Quod verò cognoscat hæc scientia, quãnam ratione intelligit? cognoscat enim sanum & salubre medicina, non temperantia, harmonicum musica, non temperantia, ædificium architectura, non temperantia, & similiter omnia, nõne? Apparet, inquit. Temperantia verò, inquam, si scientiarum scientia est duntaxat, quomodo intel-

liger quod sanum salubreq; cognoscat, vel quod ædificiū? Nullo, inquit. Non ergo intelligit quod cognoscat, hoc ignorans, sed quia cognoscat tantum. Videtur, inquit. Non igitur temperatum esse erit hoc, neq; temperatiæ, intelligere quæ nouit, quæ ve non nouit, sed vt videtur, quia nouit, & quia non nouit solum. Apparet, inquit. Neq; poterit etiã hic alium examinare alicuius scientiam proficentem, vtrum sciat quod pollicetur, an nesciat. Imò hoc solum, vt videtur inquam, agnoscat, quod scientiam quandam habet: cuius autem rei scientiam, temperantia non ostendit. Non videtur, inquit. Neque igitur simulat em medicum à vero discernet, neque alium quempiam scientem à nesciente. Sic autem consideremus: si temperatus, aut alius quicuis diuiciaturus est, verum & fallum medicum, an non sic faciet? De medendi quidem arte cum illo nihil differet. Nihil enim aliud, vt dicebamus, intelligit medicus quam sanum atq; ægrotum, salubreq; & noxium: an non ita? Ita profus, inquit. De scientia porro nihil nouit, inquam, hoc enim soli tribuimus temperantiam. Sic est, inquit. Neq; de medicina igitur medicus quicquam nouit inquam: quandoquidem medicina scientia quædam est. Vera loqueris, inquit. Quod quidem scientiã aliquam habet, temperatus agnoscat? Medicinæ verò quomodo experientiam sumere oportet, quæ sit, alius cõsiderabit, ex eo quod quorūdam scientia sit expendet: Aut non per hoc distincta est vnquæque scientia, quod non solum scientia sit, sed etiam quæ sit, ex eo quod aliquorū est? Ita sanè. Per hoc igitur medicina alia ab aliis scientiis esse, distincta est, quod salubris est insalubrisque peritia. Nempe, inquit. An non in his considerare debet, inquam, qui quisq; medicinã consideraturus accedit, in quibus videlicet ipsa versatur? Neq; enim in extraneis in quibus non est, querenda videtur. Nõ certè, inquit. In salubribus itaq; eorumq; contrariis medicus cõsiderabit inquiturum medicum, quicquid rectè hunc perstrutabitur. Videtur, inquit. Nonne in his ita vel didis vel factis animaduertet, quæ verè dicantur, & quæ rectè agantur? Necessariū, inquit, est. An poterit vllus absq; medicinæ peritia hæc assequi? Nullus, inquit. Neq; alius, vt videtur, præter medicum, neq; temperans igitur. Nam præter id quod temperans, esset & medicus. Vera hæc sunt. Omnino igitur temperantia, si scientiæ inscitiaque scientia est, neque discernere medicum poterit medendi peritum, itemq; medicinæ peritiam simulantem, vel scire habere putantem, neq; alium quenquã eorum qui aliquid sciunt, præterquam hominem artis eiusdem proficentem, quemadmodum artifices alij. Sic apparet. Quenam nobis vltimus, ô Critia, à temperantia cum talis sit, est proventura utilitas? Si enim quod in principio suppositum, cognosceret temperans quæ nouit, quæ ve non nouit, illa quidem quod noscit, hæc verò quod ignorat, & alium sic affectum diuiciare posset, emolumentum ingens temperantia præditi reportaremus: quippe sine peccato vitam ageremus, & nos quicunq; temperatiæ participes, & ceteri omnes quicunq; nostro imperio regerentur. Neque enim nos quæ ignoramus, agere aggredemur: sed scientes homines perstrutati illis vtriq; cederemus: neque alius nostræ gubernationi subiectus agere concederemus aliud quicquam, nisi quod aggressi rectè forent acturi, id est autè, cuius habent scientiam. Atq; ita per temperantiam, & domus in-

r 3 situta

